dilowski fratri suo germano, Nec non ab omnibus et singulis
iuribus omnibus inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis
vinculis informationibus advitalitatibus cuiuscunque personae factis
et faciendis, cessionibus concessionibus advitalitatibus, si quibus sentiis
in bona praefata impositis et importatis, Luere et persolvere
poenis omnibus vadiis triplicatis ac quibusvis processibus iuris
toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere eliberare
protegere bonaque praefata munda et libera facere, Nec debet
ipse Joannes Radilowski cum suis posteris eidem Misko Brzezan-
ski vel eius successoribus in bonis praefatis tam ut in iure nominati
aut quovismodo pacificam possessionem praesertim per se suas
submissas personas in toto et in parte praepedire et admovere
sub simili vadio mille florenorum pecuniae monetae polonicalis
Insuper etiam praefatus Joannes Radilowski se et suos successores
super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem in-
scriptionem ex his actis actis ad acta terrestria Premisliensia
ante decursum unius anni transferri transportari similiterque
vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere, sub simili
vadio mille florenorum pecuniae, in casu non completionis praemissorum
omnium in praesenti inscriptione contentorum praedictus Radilowski
vel eius posteri praedicto Brzezanski vel eius successoribus
ad solvendum toties quoties opus fuerit succumbendo. Pro quo quidem
vadio servando sese ipse Joannes Radilowski praedicto Misko
Brzezanski vel eius successoribus ad iudicium seu officium suum
castrense capitaneale Premisliense citare permisit et eius
posteri permiserunt, extra a suo foro sive propriis quibus
uti tenerent, nec coram iudicio seu officio cuius se ad quos se
citabitur sed actus praesentis respectu cum successoribus suis
usque suis omnibus subiicit in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere, ac pro praefato vadio
servandis a iudicio seu officio in terreno satisfacere
certumque et adiudicatum pati tenebitur et eius posteri te-
buntur toties quoties necessarium fuerit. Nullam terminorum
omnium praemissorum dilationem vel simplices infirmitatibus, actio
in pro maiori, bis et decretis legalibus, statutis con-
stitutionibus quibusvis laudatis et laudandis, Bellicis colloquiis
Conventionibus generalibus vel particularibus, expeditionibus
bellicis, servitio militari et reipublicae seu sacrae Regiae
Maiestatis, causa possessionis, incursu hostium, absentia a regno
ac aliis quibuslibet legalibus impedimentis non differret nec
prolongat atque se excipiendo, Interregno, eminentia aliusque foris
forum seu non differenda, Nec ad annos discretionis, Nec ad
quittationem mortificationem missam inscriptionis praesentis, Nec ad evictionem
seu evictores si quem vel quos decreti habere possit. Nec ad

munimenta quaevis dillatoria seu dillationis evasiva, appellationes et
motionibus earumque prosequendi et iudicio seu officio nullas factas
allegationes quod non fuerit eundem vadium facere ut facere in officio
Nec clausula nomine ad impossibilia teneri et obligari si non offici-
orum, poena terrarum marca et triplici poena vadium seu vadia prae-
nominata non cadendo, malam citationem et intempestivam cuiusque generis
malam in lucro magnam, malam processum inde non obiicienda, Nec ma-
coudemnationem luere processumque iudiciarium, praerogativa et con-
mento corporali subterfugiendo, Immo se cum successoribus omnibus eo-
rum remediis exceptionibus praecautionibus contravenientibus supra-
omnibus actus omnibus praedicti dillatoriis abrenuntiando. Et id
sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem cuiusque desiderat
nec quaevis sua suorumque successorum sub amissione totius causae nisi
luitionis praefati vadii vel vadiorum quo vel quibus solutis utrique
inscriptioni praesenti et omnibus in ea contentis satisfacere cum suis
posteris toties quoties opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione
terrestri in praemissis obstante.

Actum in Castro Premisliensi sabbato post festum epiphaniarum domini proximo Anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Coram Generosis Victorino Kowalsky Vicecapitaneo Dobrogostio Zapolski Notario Castrensi premisliensi officiis et actis.

Fredro tenetur Xibowsky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Pre-
misliensibus Generosus Andreas Fredro de Pleszowice et in Obechnowi-
ce haeres, a iure foro suis propriis quibus iure tenentur praesenti se eo
castrensi Premisliensi in ea parte cum successoribus et bonis suis omnibus quo
ad acta praesentia attinent incorporatis submisit, tenetur, debitum, mani-
festum et corporale tenere, Publice recognovit. Quod
Generoso Valentino Xibowski et eius legitimis successoribus summam
octingentorum florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis certi veri
et liquidi debiti seu mutuatae pecuniae tenetur, quam eique inscribit
se et suos successores super omnibus bonis suis haereditariis et obliga-
toriis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et in-
scribit, pro die et festo sancti Mathiae apostoli proxime et im-
mediate venturo solvere realiterque coram actis praefatis Castrensibus Pre-
misliensibus reponere et relinquere, vel iterum ab officio officialibus
sub vadio simili summae octingentorum florenorum pecuniae in defectu
solutionis summae eiusque principalis pro die et tempore supra expresso
solutionis assignat, Persona Andream Fredro vel illius posteros
solutione assignat, praedicto Valentino Xibowski vel eius posteris ad solvendum suc-
cumbendo. Nihilominus praefatus Andreas Fredro se et suos succes-
sores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem inscriptionem
ex his actis ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius anni
transferri transportari similiterque vel si opus fuerit meliorem

Zibowski reformat consorti

Zibowska abrenuntiat